

justam quoque per se ferunt interpretationem in precedebus casibus haftenus decisis, neque in iudicium deductis pari ratione servandam, juxta gloss. in primam. Clem. in verb. De cetero, Salas de legio. quast. 97. tract. 4. sed. 12. vers. 5. Colligo. ubi loquitur in specie de resolutionibus. Congregationis praedictae Rota coram Gregorio de scis. 310. numer. 7. & decif. 317. numer. 32. par. 4. tom. 2. recent. & in Milevitana Antianitatis, 26. May 1650. in 8. Non obstat quod praedicta ordinatio coram Reverendissimo D. meo Decano, & ab hoc Tribunali semper magna cum reverentia suscipi solent, ut dictum fuit in Averlan. Beneficiorum, 3. Julij. 1606. coram Cardinali Sacro: & coram Burato dec. 479. num. 2. & in Meten. Abbatia, 19. Junij 1628. Coram D. meo Decano. Et in Majoricen. Parochialis, 13. 13. Junij 1646. coram R. P. D. meo Celfo. Et in alijs relatis in Calaguritan. Clavis, 12. Ianuarij. 1648. in ultimo, §. Coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. Processionum, 18. May 1646. in 8. Et hac jure dispositio coram me.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Ceterum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Rescriptum secundum in eodem negotio ab adversario impetratum non valet, si de primo non faciat mentionem, & primum y manet in suo robore. & n. 3.
2 Rescriptum secundum non valet si taceat primum fuisse impetratum communi consensu. & n. 14.
4 Rescriptum primum si non fuit praesentatum, & illius autoritate facta citatio, valet secundum primum praesentatum, licet de primo mentionem non faciat.
5 Rescriptum secundum ad lites non faciens mentionem de primo an sit ipso jure nullum, an vero sit annullandum ope exceptionis.
Et quid in litteris beneficiis, & gratiosis. n. 3.
9 Subreptio non inficit litteras contentiosas ipso jure sed ope exceptionis.
10 Secus si litterae sint gratiosae.
11 Rescriptum secundum si faciat mentionem de primo, valet secundum, & non primum.
12 Rescriptum secundum faciens mentionem de primo an tollat primum ipso jure.
13 Gratia secunda quavis faciat mentionem de prima, tamen non tollit primam, nisi in secunda fuerit expressa derogatio regulae de jure quaesito non tollendo. & n. 17.
14 Rescriptum secundum non sufficit ut faciat mentionem de primo, nisi etiam faciat mentionem de illis qualitatibus, quae reddiderunt Principem dissensorem ad secundas litteras concedendas.
15 Subreptionem inducit omne tacitum, quo expresso principi non tam facile dedisset litteras.
16 Princeps, si in secunda gratia non fuerit facta mentio de qualitate prima, praesumitur circumventus.
18 Regula de jure quaesito non tollendo Papa non censetur velle derogare quibusvisque utatur

- verbis, & clausula, nisi eadem regula expressa deroget. & n. 26.
19 Amplia primo etiam si Papa habuerit certam scientiam ex narratu de praedicta tertij.
20 Amplia secundum in jure quomodolibet quaesito, & ex privilegio.
Amplia tertio, etiam in gratia motu proprio. n. 22.
Amplia quarto, etiam si Papa processerit de plenitudine potestatis. n. 23.
Amplia quinto, etiam si generaliter derogaverit constitutionibus Apostolicis, & regulu Cancellariae etiam cum clausula, quorum tenores, n. 26.
Limita primo, in gratia ex sui natura praedicta. n. 28.
Limita secundo, in gratia qua sit ob publicam utilitatem. n. 32. & n. 48.
21 Quomodolibet dictio, includit omne jus quantumcumque minus.
24 Clausula de plenitudine potestatis operatur etiam in praedictum tertij, sicut ut n. 25.
25 Protestatio de qua in regula de non tollendo jus quaesitum tollit consensum, & voluntatem Papa ab alio gerendo.
27 Clausula derogatoria in litteris Apostolicis semper apponi consueverunt.
29 Gratia ex sui natura praedicta quando dicitur. & n. 30. & 31.
30 Scientia Papae de praedicta tertij si proveniat ex narratu, non sufficit ad tollendum jus quaesitum sine expressa derogatione regulae.
31 Protestatio cedit facta omnino contrario.
33 Status litterarum pertinent ad communem utilitatem.
34 Privilegio concessio miserationis causa renuntiari non potest.
35 Officium obtinens ad sui vitam, si evadat cecus, an valeat provisio de eodem officio alteri facta sine derogatione regulae de jure quaesito non tollendo, late discutitur, ut n. seq. usque in finem.
36 Officia ex sui natura regulariter sunt perpetua, praesertim si concedantur ad vitam.
37 Officialis perpetuus sine justa causa de potestate ordinaria amoveri non potest.
38 Regula de non tollendo jus quaesitum obstat secundae gratiae de officio primum alteri ad vitam concessio.
39 Caecitas non est justa causa removendi aliquem ab officio primum obtento.
Quamvis sit officium ecclesiasticum. n. 43.
Et quamvis detur principaliter propter exercitium, & non propter dignitatem. n. 62. & n. seq. usque in finem.
40 Casus qui perdit visum non perdit officium.
41 Senatorium ordinem retinet, & judicantibus officio fungitur.
Retinet magistratum primum acceptum ibid.
42 A tutela non remouetur, sed datur illi curator, vel coadjutor. & n. 73.
43 Mater Archidiaconi, qui amisit officium lingua, non remouetur ab officio.
44 Idem si amisit officium oculorum.
45 Officialis electus, qui ante confirmationem evadat cecus, debet in eodem officio remanere, illudque per alium exercere. & n. 58.
46 Officium obtinens sive gratuitum, sive onerosum, si fiat inhabilis, non privatur officio, sed inseritur per substitutum, & retinet dependentia sua.
47 Etiam si officium requirit industria persona.
48 Coadjutoria concessio principaliter publicam utilitatem, non autem remotio officiali infirmi ab officio.
51 Pralatus etiam invitatus cogi potest ad cedendum, quando subest periculum destructionis ecclesiae, tammodum datur ei bonum concubium.
52 Veritas publica praesertur privata.
53 Coadjutoria gratia cur non requirit derogationem regulae de jure quaesito non tollendo.
54 Infirmi remotio ab officio, vel beneficio est contra jus, & utilitatem publicam. & n. seq.
55 Afflictus afflictionem addere peccatum est.
56 Rex Portugalliae inhabilis a Regno non remouetur, sed datur illi coadjutor a Romano Pontifice ob publicam utilitatem.
57 Officio, vel beneficio suo quem privare sine culpa, perversum est, & contra ecclesiasticam censuram. & n. seq.
59 Cacus est miserandum, & de novo subveniendum.
60 Dementia non est justa causa revocandi ab officio perpetuo, sed solum dandi coadjutorem.
61 Repetio nunquam fieri intelligitur etiam in eadem clausula quando ex illa resultat aliquid exorbitans a jure communi.
62 Infirmus ab officio remoueri potest de potestate ordinaria quando officium datur principaliter non propter dignitatem, sed propter exercitium.
Contrarium n. 73. & seq. usque in finem.
Declaratur primo, ut procedat in officio temporalis, non autem in spirituali, & perpetuo. n. 65.
Declaratur secundo, ut procedat in officiali, qui ex propria culpa in morbum incidit. n. 68.
Sed contra secundum Canones. n. 69.
Declaratur tertio, ut procedat in remotione ab administratione, non autem a titulo, & habitu officij. n. 70.
Declaratur quarto, ut non procedat stante consuetudine in serviendo per substitutum. n. 78.
Declaratur quinto, ut non procedat in officiali, qui factus est cecus. n. 80.
Intellectus legis in quos iudices, C. De off. Praefect. Praet. orient. n. 63. & seq. usque in finem.
63 Iudices propter longinquam infirmitatem inutiliter ab administratione remouentur, & alij in eorum locum subrogantur, contrarium. n. 67. & 73.
Declaratur multum modum ut n. 65. & seq. usque in finem.
64 Index datum mutari jubetur si propter infirmitatem diu fuerit impeditus.
Procedit in iudice delegato. n. 71.
66 Leges debent imitari Canones, sed non e converso.
67 Iudex propter favorem, vel caecitatem supervenientem non debet removeri.
68 Officialis, qui ex propria culpa in morbum incidit, remouetur ab officio secundum leges.
69 Secus secundum Canones.
70 Iudices ob adversam valetudinem inutiliter remouentur ab administratione, sed non ab officio.
71 Delegati jurisdictione de factis per ordinariam iudicem revocantur.
72 Iudicium solvitur vacante eo qui iussit iudicare.
73 Tutor factus inutilis propter adversam valetudinem non remouetur, sed datur illi coadjutor.
74 Episcopus est nomen oneris, non honoris.
75 Infirmi sive Episcopi, sive Parochi, sive simplices beneficiati sive officiales, non remouentur, sed dantur coadjutores, & n. seq.
76 Officia perpetua, & spiritualia regulariter per omnia ut beneficia ecclesiastica.

- 77 Imo difficultus quis remouetur ab officio, quam a beneficio.
79 Officiales collegiarum urbis aegritudine, vel senia, aut aliis legitime impeditur, ex consuetudine inserviunt per substitutum si quis emolumenta percipiunt.
80 Lex generalis posterior non tollit legem specialiter loquentem, sed distinguitur, & limitatur per legem antiquam.
81 Cacus non potest dici inhabilis ad officium, vel magistratum, nec respectu tituli, nec respectu exercitij. & n. seq. usque in finem.
82 Non excusatur a Concedito, vel patrocinio.
83 Si sit sapiens, cogi potest ire ad consilium, & consilium.
84 Non privatur voto, quod alias haberet si cacus non esset.
85 Non dicitur inhabilis ad legendum, vel scribendum, cum a lege sit habitus ad hoc implenda per substitutum.
86 Cacus vis ingenij, & intellectus perspicacior est, & n. seq.
87 Iudicandi munus magis consilio prudentis viri, quam corpore explendum est.
CETERUM. Si in secundo rescripto de primo rescripto adveniat eijdem causa non fit mentio, valet primum: aliter valet secundum, & si primum communi consensu fuit obtentum, non valet secundum hoc tacito imperatum. Hoc dicit Joa. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Abb. Joan. de Anan. Felin. & Dec. & sunt tres partes, quae per se patent: secunda ibi verò, tertia ibi verum.
Nota ex hac decretali tres regulas in materia rescriptorum scitu necessarias, & usu forensi admodum frequentes. Prima regula est si secunda littera in eodem negotio ab adversario impetrata, de primis non faciant mentionem, primae remanent in suo robore, & secunda non valet. Haec regula habetur in prima parte text. & validitas primarum litterarum probatur ibi: Errores iudices ad decisionem causa procedere possunt, & nullitas secundarum, ibi: nec secunda littera abinent alicuius roboris firmitatem. Ratio hujus primae regulae, quia si princeps recordatus fuisset primarum litterarum, secundas utique non concessisset. Ideoque secunda non valet ex defectu intentionis, ut cap. Ex parte, §. 1. infra. de off. deleg. ibi: si memores fuissimus nos pro praedicto N. litteras direxisset, pro adversario nullatenus scripsissimus. Ad idem cap. In nostra instr. eod. cap. Ex litteris de off. deleg. Quare hanc regulam ponunt hic gloss. post casum, Joan. Andr. Bald. & omnes in Summ. text.
Declarata tamen hanc primam Regulam, dummodo primae litterae fuerint praesentatae, & illarum auctoritate fuerit facta citatio, alias enim valerent secundae: quae primo fuerunt praesentatae, etiam si in eis de primis litteris nulla mentio facta esset, cap. Vi debuit: & ibi notatur in gloss. in verb. Assignata, infra de Appel. gloss. 1. & 2. hic Bald. n. 1. & plerique alij. Plures alias declarationes ad hanc regulam vide hic plenè per Felin. a. n. 2. per Limita decem modis.
An autem secundum rescriptum non faciens men-

mentionem de primo impetrato suo et eadem causa ad adversario sit ipso iure nullum, necne, sunt opiniones. Abb. hic n. 5. refert Compotell. tenere secundum esse ipso iure nullum, & pro eo dicit opinio facere hanc litteram ibi: nec secunda littera obtinet alicuius roborem firmitatem. Quae verba cum sint praesentis temporis, videntur inducere nullitatem ipso iure: ad glossam in reg. de pen. de regul. jur. lib. 6. & in l. in criminali in verb. Huiusmodi. Cod. De iurisdict. omni. iudic.

Sed tu adverte; nam Compotell. non fuit in hac opinione, imo cum Innocentio oppositum censuit, ut mox dicitur: & forte Abb. voluit allegare Tancredum, qui, ut refert Hostien. hic n. 1. in verb. Secunda littera, tenuit secundas litteras non facientes de primis mentionem esse ipso iure nullas, motus ex antiqua compilatione, in qua dicebatur, nec secundae litterae de iure obtinent, &c. exponebatur enim de iure, id est ipso iure, & eum sequitur hic Andr. Siculus sed contrariam opinionem, id est secundum rescriptum ad lites non esse nullum ipso iure, sed annullandum per sententiam, adeo ut per tale rescriptum de iure iurisdictionis, & teneat processus secundum iudicium, si ex adverso non excipiatur, tenuit Goffr. hic, qui ad motum Tancred. respondet, verba illa de iure ex compilatione, qua utimur, fuisse sublatam ad confundendam illius opinionem, ut refert Host. ubi supra. Idem tenebant hic Philippus, Petr. de Sampone relati a Cardinali, n. 3. Innoc. n. 2. in verb. Nec secunda, & n. 3. Compotell. in fin. princ. ver. Securus, & iustus, Abb. Antiqu. n. 2. Host. dicto n. 1. in verb. Secunda littera. Joan. Andr. n. 6. Bald. n. 4. Card. n. 3. d. Abb. Siculus, n. 5. vers. Tertia opinio, dicens hanc opinionem esse communem fere omnium DD. & Felim. n. 10. dicens ita tenere omnes DD. hic excepto Andrea Siculo, cuius motus respondet.

Pro hac opinione inducitur c. Si autem, & cap. Plenumque, infra eod. in quibus patet secundum rescriptum subreptionis impetratum ob taciturnitatem primi valere post annum data negligentia primi impetrantis: ergo non fuit nullum ab initio, alioquin tractu temporis non potuisset convalescere, ut in regula Non firmatur, de reg. jur. lib. 6. Quae in ductio approbatur hic ab omnibus, ut attestatur Felin. in cap. Ad audientiam, si 2. n. 17. §. Littera ad lites infra eod. & ad hunc tex. & similia iura, quae videntur ob stare huic opinioni responderi potest, secundum rescriptum non habere roborem firmitatem, seu esse nullum in specto effectu: nam id, quod ope exceptionis potest annullari, potest dici largo modo nullum, ut l. Si dari stipuler, ff. de verb. obligat. secundum Abb. hic n. 8. facit tex. in l. in princ. juncta expositione Bald. in verb. Nulla ff. De offi. eius, est mandata est iurisdictionis, vel planius respondeo, ut hic per Felin. n. 10.

Limita communem opinionem, ut procedat in rescriptis ad lites, seu litteris iustitiae, iuxta terminos huius decretalis: locus vero in litteris beneficiis, seu gratiosis; nam secundae non facientes mentionem de primis, sunt ipso iure nullae, cap. Constitutum infra eodem, cap. Cum olim, de re iudicata, cum concordant. Ratio differentiae est, quia litterae contentiose per subreptionem

non annullantur ipso iure, sed veniunt annullandae ope exceptionis, dicto c. Si autem, & cap. Plenumque infra eodem, cap. Ut debitis, de appell. Abb. hic n. 6. Late Host. in summi hoc tit. §. Quae possunt obici, vers. Sed nunquid processus, Compotell. in cap. Super litteris, n. 6. vers. Primo casu infra eod. Rota decis. 13. incip. Veram si sit delatum, hoc tit. in antiq. & decis. 1. §. 1. incip. Si aliquis iudex, alius §. 3. de appell. in antiq. & in recent. decis. 582. n. 2. par. 2. Seraph. decis. 5. §. 1. n. 7. At vero in beneficiis, & gratiosis litterae subreptionis sunt ipso iure nullae, cap. Ad audientiam, si 2. infra eod. Clem. 1. de prob. cap. Si motu proprio, eod. tit. lib. 6. Abb. hic n. 6. vers. Nam scire debet alicuius conclusionem. Et tenent gloss. fin. Innoc. & omnes in d. c. Ad audientiam, ut ibi dixi in ult. nor. n. 20. & seqq.

Secunda regula est si secundae litterae faciunt mentionem de primis, valent secundae, & non primae; habetur hac regula in secunda parte huius tex. ibi: vero in secunda littera, ut eam ponunt Joan. Andr. & reliqui post eum, in summi, tex. gloss. in verb. iudicium, Innoc. n. 6. & alii communiter. Ratio huius secundae regulae est, quia cum hoc casu consistat de intentione Principis volentis primas litteras revocare, & de potestate non sit ambigendum, posteriores derogant prioribus, cap. Bona, ibi: respondemus sequitur, quod posteriores debent prioribus praesudicium generare: de conscri. util. vel in util. cap. 1. Cum ibi not. de conscri. lib. 6. d. Pa. tra novissima, C. De pacu.

An autem secundum rescriptum faciens mentionem de primo collat primo ipso iure, adeo ut processus factus super primo sit nullus, est ardua questio, quam prolixè examinat Abb. hic n. 10. ad eum recurro.

Limita hanc secundam regulam, nisi secundae litterae auferant jus tertio quatuor ex primis litteris; quia tunc non valent secundae, etiam si de primis faciant mentionem, nisi expressè in secundis fuerit derogatum regulae Cancellariae de iure quae non tollendo, Card. Seraph. dec. 1082. & latius dicam infra n. 18.

Tertia est regula & quidem valde notabilis: non sufficit ut secundae litterae faciant mentionem de primis, sed amplius requiritur ut in eis fiat mentio de illarum qualitatibus, quae si fuerint expressae, reddidissent Principem difficultiorem ad secundas litteras concedendas. Hac regula similiter probatur clarè ex tertia parte textus nostri ibi: verum. Nam si prima litterae fuerint impetratae de communi consensu, non valent secundae; quamvis de primis faciant mentionem nisi etiam in eis exprimat illa qualitas, quod prima fuerint impetratae de consensu partium. Et ita intelligunt hoc cap. gloss. in verb. De commissione, dicens esse nullas secundas litteras, quamvis de prima commissione fecerint mentionem, si tacerint quod de communi consensu fuerint impetratae. Abb. Antiqu. n. 2. in verb. Verum, Host. n. 3. in eod. verb. Bald. n. 4. Abb. Siculus, n. 3. Joan. Andr. Bellam. But. & omnes in summi, tex. & hanc regulam pluribus confirmat Cardin. conf. 136. Factum sic se habet, Pa. cantibus Canonicatu, &c. numer. 9. & conf. 142. Punctus quaestio, numer. 6. & 7. Alex. conf. 113. Per spectu litterarum, numer. 2. lib. 6. Concordat. cap.

Dile-

Dilectus, il primo infra eod. cap. Coram, iuxta secundum intellectum de off. deleg. cap. 1. ibi. (Quoniam in posterius litteris non fuit mentio facta priorum, nec in eis, &c.) de dol. & contra. mac. cap. Inter monasterium, ibi: Tum etiam quoniam de privilegio Apostolicae Sedis, & processu negotii coram primis iudicibus nihil in secundis litteris dicebatur, quod si fuisset expressum, obtinere minime potuissent, de re iudic. cum multis concord.

Ratio huius tertiae regulae est, quia omne tacitum, quo expresso Princeps non tam facile dissiliter litteras, reddit rescriptum subreptionis, cap. Super littera, cum materia, & cap. P. statuti, infra eod. Abb. hic numer. 3. vers. Ratio qsi. Callad. dec. 12. numer. 1. 4. de prob. Rota. dec. 739. numer. 1. par. 2. & dec. 670. numer. 4. par. 4. rec. & alias passim. Quae quidem subreptionis licet in contentiosis non annullat rescriptum, nisi fuerit exceptum: tamen in beneficiis, & gratiosis reddit gratiam ipso iure nullam, ut ostensum est supra numer. 10.

Et per hoc alias dixi secundam gratiam de officio prius alteri collato cum clausula ad vitam, ad eodem Pontifice factam non valere, cum in ea non fuisset expressum, quod prima ab eodem emanaverat cum illa qualitate, ad vitam, de quo si Papa recordatus fuisset, verisimiliter secundam gratiam vel nullo modo, vel certe non tam facile concessisset. Ideoque secunda gratia est subreptitia, ac nulla, & Princeps praesumitur circumventus per supradicta, & per tex. in cap. Cum olim ibi: (Contra pronunciationem suam consulti, sicut credimus, circumventus.) infra de re iudic. cum ibi not. per Felin. numer. 2. vers. Ideo insert, quod gratia secunda, & in cap. Constitutus, ibi: Cum de hoc memoratus P. non fecisset in suis litteris mentionem, intelligendum erat circumvenisse praedecessorem nostrum, & dictas litteras veritate tacita impetasse, infra hoc titulo.

Caeterum adverte, quia hodie non sufficit, ut in secunda gratia fiat mentio de prima cum illius qualitatibus; sed amplius requiritur, ut expressè, & nominatim derogetur regulae Cancellariae 18. de non tollendo jus quatuor: alioquin secunda gratia est ipso iure nulla. Haec conclusio est Moledan. decis. 7. per totam maximè num. 6. de rescri. spol. ubi resolvit collationem officii custodis pontis, & portae Salariae factam à Papa cum clausula, non obstante collatione per nos alteri facta, nullum praesudicium intulisse primo officiali, & obitare regulam de iure quatuor non tollendo: & allegat Barr. quidem tenet in l. Pradna, num. 2. C. De locat. pro dor. lib. 11. & Bald. in arch. Hoc inter liberos, num. 5. vers. De clausula autem, C. De rescri. concordat. Burat. decis. 421. numer. 1. Quinimo non valere secundam gratiam de officio prius alteri ad vitam concessio, etiam si in ea fuerit facta expressa, & individua derogatio primae gratiae, & in eam praedictam regulam de iure quatuor, cui derogatum non fuerat, tenuit Rota in causa Bononien. Porta Palatii coram Litta, ut latius dicam infra num. 38.

Neque obstat si dicas regulam non intrare ubi constat Papam voluisse auferre jus alteri quatuor, quoniam de hoc queritur an voluerit, & propter protestationem in regula appo-

sitam constat nolle, quibuscumque utatur verbis, & clausulis, nisi expressè deroget regulae. Sarnen. in proom. dicta regula quae. 5. num. 3. & fuit dictum in causa Burgenis juris sepelendi coram Caesare de Grass, 10. Ianii 1775. quae habetur in tit. de rescri. decis. 9. & sequitur Seraph. dec. 1082. num. 6. & 7.

Amplia primò hanc conclusionem, ut locum habeat, etiam si Papa ex narratis in litteris habuerit certam noticiam praesudicium tertius ut plene firmavit Rota coram Caes. de Grass. in d. dec. 9. de rescri. per totam, & in recent. dec. 607. num. 5. par. 3.

Amplia secundò in iure quomodo libet quae sit, etiam ex privilegio. Sarnen. super reg. de non tollen. jus quatuor, quae. 1. §. circa fin. Gozzadin. conf. 14. numer. 22. Roland. conf. 2. num. 23. lib. 4. late Caes. de Grass. decis. 1. per totam, de verbo.

Significat, Seraph. d. decis. 1082. num. 1. Nam dictio, quomodo libet, in regula apposita includit omne jus quantumcumque minimum, gloss. in Clem. 2. in verb. Quomodo libet, de sent. excomm. Paris. conf. 58. num. 10. lib. 1. Seraphin. ubi supra, num. 3.

Amplia tertio etiam si Papa secundam gratiam fecerit motu proprio, & ex certa scientia. Moledan. d. decis. 7. num. 1. & 2. de rescri. spoliat. Caes. de Grass. d. decis. 9. de rescri. nam. 14. nam motu proprio non firmat privilegium contra jus alterius, ut dixi in cap. Causam qua, num. 18. & seqq. infra eod.

Amplia quarto, etiam si Papa processerit de plenitudine potestatis; nam etsi clausula potestatis plenitudine operetur in tertio praesudicium, ut voluerunt Paris. conf. 5. num. 91. & conf. 30. num. 46. lib. 4. & Gozzadin. conf. 5. nu. 2. §. seqq. tamen hoc non habet locum in terminis regulae, in qua protestatio tollit consensum, & voluntatem ab actu gerendo, ubi ei non derogatur: & ita nulla potest alia formula introduci, per quam possit dici constare de mente Papae, nisi fiat regulae mentionem. Quae sunt formalia verba Cardinal. Seraphin. in praeterea decis. 1082. n. 9. ubi etiam subdit ita decessum fuisse coram Blanchetto in una Mediolanensi fructuum 24. Aprilis 1592. in proprijs terminis huius regulae.

Amplia quinto etiam si in gratia secunda fuerit generaliter derogatum constitutionibus Apostolicis, & regulis Cancellariae in contrarium facientibus etiam cum clausula, Quo rum tenoris, Nam nihilominus Rota semper tenuit huiusmodi generales derogationes non sufficere, quia regulae de iure quatuor non tollendo specialiter, & individue est derogandum. Put. decis. 265. lib. 2. & fuit dictum in Bononien. usufructus 23. Maii 1625. coram Caecino circa med. vers. Aut mittitur, ubi allegantur decisiones concordantes, & eo magis quia clausula derogatoria in litteris Apostolicis semper apponi consueverunt. Put. decis. 418. num. 4. lib. 2. unde si clausulae generales sufficerent ad derogandum regulam, in omni gratia censeretur illi derogatum, & regula redderetur omnino inanis, & elusoria, cap. Commis. sa, de elec. lib. 6.

Limita nunc propositam conclusio, non procedat in gratia ex huiusmodi natura praesudiciali, & de indubitata concedentis scientia, quia in tali gratia non potest de ignorantia Papae, aut subreptione

reptio

toris, ut ibi deciditur in vers. Per hoc autem. Ac demum in quocunque officio idem deducitur ex cap. Satis perversum, 16. dist. 1. ubi dicitur: satis perversum, & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, ut quis privetur, quem sua culpa, vel facinus ab officio, quo fungitur, gradum deiecit. Et tam in officiis, quam in beneficiis formati casum glossi. Archidiacon. & Turrecrem, & per illum text. Rebuff. in tract. nominat. quest. 21. num. 65. dicit perversum esse, ut sine culpa quis privetur per Papam suis officiis, vel beneficiis: & eodem modo Roman. dist. 1. conf. 457. num. 1. per illum text. dicit satis perversum, & consequenter iniquum esse, ut Rector hospitalis sine culpa ab officio removeatur. & eum sequitur Menoch. de arbit. quest. 55. lib. 1. in addit. num. 8. & in terminis nostris Abb. leg. num. 42. & 43. Quinimo Petr. de Anchar. in 1. conf. 188. num. 7. plene consuluit, nec perpetuam demerentiam, ex qua officialis redditur prorsus inhabilis, esse iustam causam removendi eum ab officio, sed solum dandi coadjutorem: & loquitur in Generali Humiliarem, amoto per Papam ex causa demerentiae ab officio Generalatus.

Et ex his patet causam publici incommodi iure optimo fuisse pratermissam in secunda gratia provisionis officii, quia cum ex ea induceretur privatio primi officialis, huiusmodi privationi, quae iuri communi, & favori publico adversatur, talis causa adaptari non potest. Quo fitur eadem causa expressa in coadjutoria nequaquam possit generi repetita in provisione officii, quia talis repetitio nunquam fieri intelligitur in eadem oratione, quando ex illa refertur aliquid exorbitans a iure communi & contra ius tertio quodlibet, ut optimè deducit Ruia. conf. 123. num. 12. vel. 3.

Rursum non obstat aliud motivum, quod officialis factus inhabilis propter aegritudinem removeri possit de potestate ordinaria (sic abique derogatione regula de iure quæsito non tollendo) quando officium datur principaliter non propter dignitatem, sed propter exercitium, ut in hoc casu ex Alciato, de praesumpt. regul. 3. praesumpt. 19. num. 7. qui hoc firmat per tex. in l. si quis iudices, de off. Praef. Praef. orien. ubi iudices propter adversam, & longinquam corporis valetudinem inutiles ab administratione removeantur, & vice eorum alii subrogantur: & in l. si iudices, ff. de iudicis, ubi iudex datus mutari iubetur si propter infirmitatem diu fuerit impeditus.

Nam ad praedictas leges, & consequenter ad hanc doctrinam Alciati primo loco respondet Hugo in cap. sequitur Abbas, qu. 2. & post eum Archid. in cap. fin. num. 2. vers. Item pro illorum sententia, de supplen. neglig. Praetorum, lib. 6. & Turrecrem. in cap. scripte, art. de in responsione ad primum & secundum argum. vers. In habitu, 7. quest. 12.

per haec praecisa verba, videlicet quod leges tales loquuntur de honore temporali; Canones vero de spirituali, & perpetuo, & alia est in secularibus casibus, alia in divinis; & leges debent imitari Canones, & non à converso. Haec ex illis. Quamobrem cum officium, de quo agitur, sit perpetuum, administrationemque in honore conscientia, & ordinem sacrum habeat annexum: consequens est, ut in remotione ab huiusmodi officio non sint servandae ille leges, sed sacri Canones, qui officialibus infirmis dari iubent coadjutores, ut de Cler. agrot. per tot. & c. Vnic. eod. tit. lib. 6.

Præterea, ut subdit Turrecrem. ubi supra, dictae leges habent alias contrarias leges, in quibus continetur, quod propter furorem vel cecitatem supervenientem iudex, vel magistratus non debet removeri, ut ff. de stat. homin. l. qui furere, & ff. de postulan. l. 7. §. Quamvis autem, & ff. de iudi. in l. 1. C. cecus.

Deinde respondetur doctrinam Alciati, & per cecitas leges intelligi debere in officiali, qui ex propria culpa in morbum incidit, non autem, in eo, qui sine culpa sua factus est inutilis, quia talis non removeretur sed datur illi coadjutor, & ita declarat Archid. in d. c. fin. num. 2. vers. Postquam dicit, & post eum Joan. And. videm. num. 1. vers. Ad qua, & Butr. num. 2. in fin. vers. Quia id verum, Magnel. in l. Nemo potest, num. 50. ff. de reg. iur. licet secundum Canones infirmitas excuset à privatione tituli, & emolumentorum, etiam si ex propria culpa provenerit. Covar. l. 3. var. resol. cap. 13. num. 8. scripsi in cap. Vi Abbates, num. 36. de atat. & qualis, & in c. Licet, 3. num. 147. de prob.

Tertio loco responderi potest tex. in dicta l. Si quis iudices, C. de off. Praef. Vi et. orien. non loqui de remotione iudicis inutitium ab officio, sed ab administratione, ut verba ipsa sonant, & dum subiungit: & eorum vice alii subrogentur, hoc similiter exponi debet retento eodem themate, scilicet in administratione, prout similia verba in his terminis exponit Abbas, in cap. Tu nos, num. 4. de Cleric. agrot. & ante eum Archid. in d. c. fin. num. 2. vers. Si tamen bene advertas de supplen. neglig. Praef. lib. 6. Textus vero in d. l. si quis iudices, ff. de iud. loquitur in iudice delegato, cuius iurisdictione de facili per ordinarium iudicem cum deleganti revocatur, cum iudicium solvatur veniente eo, qui iussit iudicare, ut l. iudicium, ff. de iudic. & quod de tali iudice loquatur, clarè colligitur ex verb. Ibi posito, datus, quod exponitur, id est delegatus, ut l. iudex, & l. A iudic. ff. eod. secundum Archid. loco citato, vers. Sed postest responderi, quod lex, si longius.

Quarto loco responderi potest Alciati doctrinam confundi ex eo, quod secundum leges tutor nullam habet dignitatem, sed datur principaliter propter administrationem, l. 1. ff. de tutel. & de administrat. tutor per nos, & tamè Tutor factus inutilis propter adversam valetudinem non removeretur, sed datur ei coadjutor, ut l. Solet, ff. de tutel. & latius dictum est supra, num. 42. & secundum Canones etiam Episcopatus datur principaliter propter exercitium, cum sit nominis, non honoris, ut dicitur in cap. Qui Episcopatus, 8. quest. 1. & officium Parochi similiter datur

datur principali propter exercitium cure animarum, cap. Quia nonnulli, de Cleric. non resident. & generaliter quodcumque beneficium datur principaliter propter officium, cap. fin. de rescript. lib. 6. & tamen nec Episcopi nec Parochi, nec simplices beneficiati propter morbum incurabilem à suis beneficiis removeri possunt, sed eis coadjutores adjungi debent cap. Scriptis, cap. Quamvis, cap. Petrus, 7. quest. 1. & de Cler. agrot. per tot. & cap. Vnic. eodem tit. lib. 6. & latius ostensum est supra num. 44. 54. & seqq. Quare idem profus dicendum in officio, de quo agitur, quod cum sit perpetuum, & collativum, & annexum habeat ordinem sacrum, regulatur per omnia, ut beneficium ecclesiasticum, secundum Sarnen. in regal. de infirm. quest. 22. vers. Aus loquitur de officio, & ante eum Federic. de Senis conf. 20. in civitate Perasti, num. 30. vers. Sed quod officio parit.

Imò difficiliter removeretur quis ab officio perpetuo, quam à beneficio, ut late probat Bolog. d. conf. 3. n. 123. & 131.

Quinto loco respondendum eandem Alciati doctrinam non applicari casui nostro, quia ex antiqua observantia, & stylo officialis Collegii, de quo agitur, legitime impeditur etiam per lenium, & inhabilitatem perpetuam officiorum suorum titulos indifferenter retinuerunt inservientes per substitutum, sibi que emolumenta perciperunt. Qui quidem stylus est conformis Bullæ Pii V. §. 3. §. 12. & consonat etiam cum observantia aliorum collegiorum. Nam ut omittamus sacrae Rotæ Auditores, id ipsum servatur in Advocatis Consistorialibus, & in Cantoribus Cappella Pontificia, qui licet constituantur principaliter propter exercitium: tamen ob supervenientem aegritudinem, vel senium non removeantur, ut est notorium, & in Cantoribus constat ex Bulla Sixti V. §. 38. in suprema.

Ultimo alii omittis, ad Alciati doctrinam responderetur, praecitas leges non habere locum in officiali caeco, quia cum generaliter statuatur, ut officiales propter morbum inutiles removeantur: & in caeco specialiter sit cautum, ut iudicium prius acceptum, ut d. l. Cæcus, ff. de iudic. & l. prima, §. Quamvis autem ff. de postul. intelligi debent de aliis infirmis, non autem de caecis; quia lex generalis posterior non tollit legem specialiter loquentem. Dyn. conf. 27. num. 3. vers. Item hoc refertur, Bart. in l. Huius, in fin. ff. Ad Turpil. & alii apud Ant. Gabr. commun. concl. tit. De legibus, concl. 1. num. 6. & 10. Sed potius distinguatur, & limitatur per leges antiquas, ne videatur illas corrigere. Castill. Conf. 10. in facta suppositis, num. 5. vers. Allegamentum, ubi dicit omnes DD. ita tenere, & eò magis, quia cum leges praedictae loquantur de officiali inutili, haec verba non adaptantur caeco, & consequenter nec illorum dispositio, l. A. §. Toties, ff. de damn. in fert. Nam caecus non potest dici inutilis ad officium, vel magistratum quando quidem aut consideramus titulum, & habitum ipsius officii: & hoc respectu planum est nec in caeco, nec in quovis alio infirmo ullam reperiri inhabilitatem. Et in hoc concordant glossi. r. Bart. Bald. Angel. & omnes in d. l. Cæcus, ff. de iudic. & glossi. 1. & committere Canonibus in c.

fin. de Cler. agrot. & optimè probat Bologneta, dicto conf. 3. num. 33. Aut consideramus utrum, & exercitium officii: & hoc respectu finaliter planum est caecum nullatenus esse inutilem ad ea, quae consilio implenda sunt, ut l. 7. c. Qui morbo se excusat, lib. 10. & in l. 2. §. Corporis debilitas, ff. De vocat. muner. unde ait glossi. in d. l. 1. in verb. Personalium, caecus à consilio, vel patrocinio non excusatur, quia ingenio pollet, cui vim natura negavit. Imò hi sapiens compelli poterit ire ad Concilium, & considerere, secundum Joan. de Anan. in cap. Licet num. 4. infra de censuris: & Sacra Congregatio Concilii jam declaravit ex cecitate superveniente quem non privari voto, quod alias haberet, si caecus non esset. Et quamvis nudum, & rude ministerium legendi, scribendique, quod magis corpore, quam ingenio expletur, caecus per se ipsum praestare nequeat: tamen potest illud adimplere per substitutum exemplo iudicis caeci, qui scribit, ac legit sententiam per alium, Bald. in l. fin. num. 4. vers. Sed pone, c. De sent. ex parti. vertand. Bart. Bald. & Angel. in d. l. Cæcus, ff. De iudic. Lucas de Penna, in d. l. 1. num. 8. & c. Qui morbo se excusant, lib. 10. Nec propterea dicit, aut censeri potest inhabilis, ut in fortioribus terminis late deducit Bologneta, d. conf. 3. num. 35. ubi pluribus ostendit infantem nec respectu exercitii posse dici inhabilem ad officium sibi delatum, ea potissimum ratione, quia à lege datum fuit remedium, ut per alium administraret, & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. Et ideo tanquam inhabilis non potest officio privari, quia is, qui à lege habitatus est, non potest dici, nec reputari inhabilis: ut latius per eum constat, rex. in cap. in Audientiam, & ibi bona glossa in verb. Infirmis, de Cler. non resident. & glossi. ult. in cap. 1. de Cler. agrot. Quod si hoc est in infante, qui profus caret usu rationis, multò fortius obtinebit in caeco, cui vis intellectus, & ingenii perspicacior est, ut per Glossi. in d. l. 1. c. Qui morbo se excusat, lib. 10. satis enim est, ut oculis intellectus cernat, ac iudicio suo quid agendum determinet, cum munus iudicandi magis concilio prudentis viri, quam corpore explendum sit, ut ait Vant. de nulli. ex de sed. in d. delegat. num. 43. Qua de re plura exempla congerit Tiraquell. de iur. primogen. quest. 23. num. 15. tom. 1. & curiosum exemplum ponit Joannes de Anan. post Ant. de Butr. inc. Licet, num. 3. & 4. inf. de censuris.

Et ita pronunciatum fuit sub die 11. Julii 1649. in causa Romana Correctoris sacrae Penitentiariae per Eminentissimos DD. S. R. E. Cardinales Lantem, Quevam, & Cherubinum iudices delatos appellat, remota: & sententia fuit executioni demodata vigore specialis commissionis Sanctissimi mandati expediti sub die 11. Augusti immediatè sequentis.



DE RESCRIPTIS.

Cap. Inter ceteras.

S Y M M A R I V M.

- 1 **R**escrptum impetranti sufficit alterum probare ex disjunctivè narrata.
- 2 Alternativa ut verificetur satis est alteram partem esse veram.
- 3 Clericus beneficiatus gaudet privilegio fori, licet clericalem habitum, & tonsuram non deserat, & Ecclesia non inferat.
- 4 Alternativa dispositio unum in effectu continet. ibid.
- 5 Alternativè petens non dicitur precisè alterum petere.
- 6 Jurans non venit contra contractum an sit periturus, si petat pretium suppleri, vel contractum rescindat.
- 7 Probatum simpliciter an sit etiam prohibitum alternativè, & n. 9.
- 8 Alternativa ambiguitatem, & obscuritatem inducit.
- 9 Intramentum potest remitti ab eo, in cuius favorem est iuratum.
- 10 Alternativa petitis pendet à voluntate debitoris, cuius effectio. ibid.
- 11 Alternativa posita inter personas resolvitur in conjunctionem, & requirit concursus utriusque copulati.
- 12 Alternativa negativa ut verificetur an sufficiat alterum non factum esse; an verò requiratur ut neutrum sit factum.
- 13 Dictiones, vel, & aut, sunt propriè, & simpliciter alternativa, qua verba, & sensum distinguunt.
- 14 Dictiones, seu, & sive, non sunt alternativae propriè, & simpliciter, sed habent naturam mixtam.
- 15 Et sunt indifferentes ad disjunctivam, & conjunctionem.
- 16 Contrarium, num. 21.
- 17 Declaratur, num. 24. & seq.
- 18 In dispositione favorabili, ut in legato stant ampliative; in non favorabili, ut in contractu, stant disjunctivè.
- 19 Contrarium, num. 17.
- 20 Intellectus l. Si quis ita legaverit, ff. De aur. & arg. leg. & num. 17. 24. & 27.
- 21 Legatum pecunia, qua habitus Parisi, seu Padue, an comprehendat utramque, & num. 24.
- 22 Et quid si loco dictionis, seu, posita sit dicitio, vel, num. 34.
- 23 Dicitio, seu, ex sui natura est augmentativa.
- 24 Contrarium, n. 21.
- 25 Interpretatio lata sit etiam in odiosis quatenus patitur verborum proprietatem.
- 26 Interpretatio stricta sit in legato ut minus gravetur leges quam fieri possit.
- 27 Intellectus l. In testamentis, ff. De regul. jur.
- 28 Dicitio, seu, regulariter est disjunctiva, seu alternativa.
- 29 Legato equo albo, seu nigro, alter tantum debetur.

- 30 Dicitio, sive, propriè impetrat alternativam, seu, disjunctivam.
- 31 Dicitio, seu, iuncta cum relativo auget dispositionem.
- 32 Legatus libri impressi, seu manuscripti, debent omnino.
- 33 Participium resolvitur in suum verbum cum relativo.
- 34 Dictiones, seu, & sive, quando ponuntur inter illa, qua habent conformitatem, & convenientiam, stant ampliative.
- 35 Inter synonyma stant expositivè pro id est, n. 30.
- 36 Inter genus, & speciem stant conjunctivè, seu expositivè, n. 31.
- 37 Portus, De Portu idem indicatur, quod de Vibe.
- 38 Legatum Digesti veteris, seu Infortiati utramque comprehendit.
- 39 Dictiones, seu, & sive, ad vitandum absurdum quamvis verba disjunctant, sensum tamen conjungunt.
- 40 Augent, distinguunt, & exponunt prout suadet mens dispositionis, & subiecta materia, & n. seq.
- 41 Habent symbolum cum conjunctione, in quam facilius transeunt, quam dictiones, aut, & vel.
- 42 Fallitas, vel subreptio in uno ex disjunctivè narratio non vitat rescriptum.
- 43 Filius sacerdotis non concluditur in sacerdotio generis.
- 44 Joannis Andreae pater quis fuerit.
- 45 Filius sacerdotis non excluditur à beneficio, nisi probetur generis post ordinem sacrum.
- 46 Fallit si agatur de beneficio paterno.
- 47 Item fallit in Ecclesia Orientali.
- 48 Obligatus ad duo alternativè potest prestare quodlibet ut liberatum consequatur.
- 49 In alternativa electio regulariter est debitoris.
- 50 Fallit in legato alternativè, quorum electio in dubio est legatarii.
- 51 Item fallit in penù alternative appositio, quorum electio est iudici, non rei, nisi in casibus, & c.
- 52 Examinatores Synodales an sint necessariò eligendi Magistri, Doctores, aut Licentiatos; an verò sit in optatione Episcopi eligere alios clericos his qualitatibus convenientes, & num. seq. usque in fin.
- 53 Alternativa regulariter est electionis, non ordinis.
- 54 Fallit si sit posita inter diversas personas, & in primò nominatus subit maior ratio.
- 55 Disjuncta posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resolvitur in conjunctionem.
- 56 Vicarius Capituli Sede vacante non potest eligi non Doctor, aut Licentiatos, nisi in defectum aliorum his qualitatibus praedictorum.
- 57 Regulares non graduati an possint eligi in Examinatores Synodales existentibus graduatis.
- 58 Regulares deputari non possunt iudices Synodales, aut Conservatores, nisi habeant qualitates requisitas.
- 59 Qualitates actu requisita debent actu concurrere, nec sufficit aptitudo.
- 60 Dicitio, etiam, implicat eum magis dubitabilem.
- 61 Concursus habitus coram Examinatoribus non Magistris, seu Doctoribus, aut Licentiatu in Theologia, vel iure Canonico, non est nullus.
- 62 Doctor ignarus perinde ac nullus.

INTER

INTER CÆTERAS. Ex disjunctivè narratis in rescripto sufficit impetranti alterum probare. Hoc dicit secundum Io. Andr. & Doctores communiter. Vel clarius secundum Abbatem. Si Papa mandat in rescripto de duobus inquiri alternativè ad certum effectum consequendum, sufficit alterum probari. Communis divisio. Consultatio, & responso. Secunda ibi, *Uti*. Et prima pars subdividitur. Nam primò ponitur quaestio. Secundò declaratio ibi, *Pata*.

Nota primò ad verificationem disjunctivam, seu alternativam sufficere alteram partem esse veram. Et ad hoc quotidie allegatur hæc Decretalis, concordat e. In alternativa, de regal. iur. lib. 6. l. Si quis ita stipulatus fuerit, & l. Si quis ita stipuletur, ff. De verborum obligatione. Hinc censuit Sac. Congregatio Concilii Clericorum beneficium fori privilegio gaudere, licet careat requisitis habitus, & tonsuræ clericalis, & servitii Ecclesie, quia Tridentini Concilii decretum in e. 6. sess. 23. loquitur alternativè ibi. (Nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inserviat.) Et sic sufficit alteram partem alternativè verificari per regulam hujus Decretalis. In alternativa enim dispositione unum in effectu continetur, l. Com illud, ff. Quam. dies leg. ced. l. Si illud, ubi Bald. ff. De legat. 2. Unde qui alternativè petit, non dicitur precisè alterum petere, §. Uti autem, in fin. de action. & hic notat Dec. in 3. notab. qui propterea, nam. 23. infert videtur dubitabile dictum Baldi in l. Que sub condicione, §. Si quis, ff. De condit. instit. quem hic refert, & sequitur Felin. ad finem vers. Et memento in accipiam, videlicet quod qui iuravit non venit contra contractum; potest nihilominus petere ut pretium sibi suppleatur, in quo fuit deceptus. Sed si peteret alternativè pretium suppleri, vel contractum rescindi, esset perjurus; quia illud, quod est simpliciter prohibitum, est etiam prohibitum alternativè. Et idem dixerunt Cyn. & Angel. in l. 2. in 6. questione, C. de rescinden. vendit. Hoc inquam dictum secundum Dec. non videtur verum; tum quia, ut praedixi, petens alternativè, non dicitur precisè alterum petere: imò alternativè ambiguitatem, & obscuritatem inducit, ut est textus in l. Prætor edixit, §. Quod autem, ff. De iur. in l. Vbi autem, §. Qui id, ff. De verborum obligatione, & notat Bartol. in l. Stipulationes non dividantur, in ultima questione, ff. eod. tum quia qui petit alternativè pretium suppleri, vel contractum rescindi, non videtur venire contra promissionem, quia quamvis simpliciter, & absolute promiserit non contravenire; hoc tamen intelligi debet contra voluntatem ejus, in cuius favorem iuravit; alioquin eo volente, bene potest contractus rescindi, cum ipse iuramentum sibi prælitum remittere possit, e. 2. de sponsal. Oldrad. cons. 241. Factum tale in fine, vers. Tertio quid plus. Et est communis opinio, ut testantur Raphael Fulgos. cons. 38. Ad primum, in princ. & Alexan. cons. 125. Versi, & considerata numero 2. vers. Secundo quia iuramentum, lib. 1. & plenius cons. 59. Viso instrumto, in princ. lib. 1. & num. 7. vers. Non obstat tertium. Quamobrem petitio alternativa, quæ in effectu pen-

detà voluntate debitoris, cuius est electio, l. Plerumque, in fine, ff. De iur. dot. & d. reg. l. 1. alternativè, non videtur esse prohibita. Ne verum est quod prohibetur simpliciter, censetur etiam prohibitum alternativè: nam in contrarium est casus in l. Adigero, §. 1. ff. de iurepatr. & in l. fin. §. is qui, ff. Qui, & à quibus. Et est gloss. in e. Maltorum, in ver. Aut, certè, 27. quest. 2. Prædicta autem Regula, videlicet In alternativis satis esse alteram partem esse veram, tres recipit declarationes.

Primò enim declaratur, seu restringitur ut non procedat in alternativa, quæ ponitur inter personas, quia tunc resolvitur in copulativam: & sic requiritur concursus utriusque copulati, textus est in l. Cum quidam, C. de verbor. significat. Unde si testator instituat heredem Titium, aut Seium, ambo erunt hæredes, ut ibi est casus. Et similiter si Papa conferat beneficium Titio, aut Seio, utrique debetur beneficium, & uno recusante, accrescit alteri; & dicitio, vel, eodem modo tunc ponitur copulative. Ita notabiliter per d. l. Cum quidam, resolvunt Archid. & Gemm. in. c. Pastoralis, 7. quest. 1. & sequitur Felin. hic num. 1. vers. Fallit primò.

Cæterum hæc declaratio recipit octo notabiles sublimitationes, quas ponit las. in d. l. Cum quidam ad quem remissè sufficit.

Secundò prædicta regula declaratur procedere si alternativa concipiatur per verba affirmativa, ut in exemplo hic posito in littera, & in l. Plerumque, in fine, ff. De iur. dot. Secus si per verba negativa, quia oportet ut neutrum contingat. Textus est in d. l. Si quis ita stipulatus, in fine, ff. De verborum obligatione, ubi si promittitur daturum si navis non venerit, aut Titius confid factus non fuerit, ad hoc ut non tenearis, requiritur utrumque non factum esse. Ad idem textus in l. Si quis quid dicitur, §. Verum, ff. De reb. dub. ubi si sic concipiatur stipulatio, si illud, aut illud factum non erit, oportet ut neutrum factum sit. Et tenent hic Card. num. 4. in prima oppos. & Abb. in 3. notab. num. 2. Idem tenet Angel. in d. l. Si quis ita, & Marian. Socin. cons. 52. Vt veram, col. penult. relatus hic à Dec. num. 26.

Contrarium tenet Imol. hic, & in l. Si ita quis stipuletur, ubi Alexand. ff. De verb. oblig. quia sive sermo sit affirmativus, sive negativus, dispositio effectum habet verificata altera parte, ut in d. l. Si quis ita stipulatus. Et est ex mente Dyni in d. reg. in alternativa, vers. Ad secundam partem opponi, ubi dicit esse differentiam inter alternativam affirmativam, & alternativam negativam, quia in affirmativa sufficit alterum fieri, in negativa oportet alterum non fieri; tamen idem esse in utraque, si consideretur effectus; quia in affirmativa sufficit alterum affirmativè; in negativa sufficit alterum negativè. Tu distingue. Aut quaritur an in alternativa negativa sufficiat alterum adimpleri quoad effectum committatur stipulatio; si concluditur non esse differentiam, An alternativa affirmativè, vel negativè concipiatur: quia utroque casu, si alterum verificetur, committitur stipulatio, ut in exemplo proximè relato. Et in hoc primo casu loquitur Dyn. ubi supra. Aut quaritur, an sufficiat alterum adimpleri quoad effectum

R 3 scilicet

factum ut stipulatio non committatur; & concludendum est non sufficere, sed oportere, ut neutrum fiat. Unde in exemplo, de quo supra, promitto decem, si nautis non venerit, aut Titius consul non fuerit, si neutrum contingat, non committitur stipulatio, nec sum obligatus, non effectu distinguunt hic Felin. nu. 16. vers. Fallit quarto, & Dec. nu. 26. qui propterea dicunt cavendum esse ab Abbate, dum in suo exemplo, videlicet, Dabo decem si Imperator non venerit in Italiam, vel filius mihi non nascatur, dixit non sum obligatus, si alterum acciderat; debuit enim dicere si neutrum acciderat. Et hoc sic declarat, quia si alterum fiat ex alternatiuis, stipulatio committitur, ut dictum est. Ergo a contrario sensu si alterum non fiat, non committitur stipulatio. Et ut verum sit hoc, id est alterum non factum esse, necesse est ut neutrum fiat; Et ita ad hoc ut non oriatur obligatio, copulatiue requiritur ut neutrum fiat. Sed certe Abbas in meo codice non dicit illud, ad quod eum allegant Felin. & Dec. videlicet, Non sum obligatus si alterum acciderat. Sed dicit, Non sum obligatus si neutrum illorum acciderat. Et ita concordat cum ipsi.

Adverte tamen, quia haec distinctio procedit si alternatiua concepta verbis negatiuis sitposita in conditione, ut in exemplo superius posito, Dabo decem, si nautis non venerit, aut Titius consul factus non fuerit; tunc enim ad hoc ut sim obligatus sufficit ut alterum fiat; & ad hoc ut non sim obligatus, requiritur ut neutrum fiat. At secus est si alternatiua negatiua proferatur pure, & simpliciter, verbi gratia: Promitto contractum non rescindere, aut pretij supplementum non petere: tunc enim non sufficit ut vnum non faciam, sed teneor neutrum facere, quod breuiter & dilucide explicat Io. Andr. in d. c. In alternatiuis, in princ. de regul. iur. lib. 6. in Mercurial. Intellige, inquit, regulam de qua ibi, de alternatiuis affirmatiuis; in negatiuis enim requiritur ut neutrum fiat, l. si quis ita ff. De verb. obligat. secundum Dylum. Declaro, quia sicut affirmatiua vult alterum fieri; ita negatiua vult alterum non fieri, & sic neutrum fieri. Et sequitur Philipp. Franc. nu. 1. in 2. notab. Quamobrem lapsi sunt Doctores, qui absolute dixerunt non esse differentiam inter alternatiuam affirmatiuam, & negatiuam. Imo enim qui promittit hoc, vel illud facere, satis est ut alterum faciat. At qui promittit hoc, vel illud non facere, non sufficit ut non faciat vnum, sed tenetur vtrumque non facere.

11 Tertio predicta regula, id est, in alternatiuis sufficere alterum adimpleri, declarat procedere in alternatiua propria, & simplici, quae scilicet tam sensum, quam verba disjungit, qualis est dictio, vel, ut hic in textu, & in l. Pediculis, §. Argento, ff. De aur. & arg. leg. & in l. Cum quidam, in princ. c. de verbor. signif. & tenet Bartol. in l. si quis ita legauerit, ff. De aur. & arg. leg. vbi per dicta iura reprobatur Cynum dicentem dictionem, vel, non esse alternatiuam simpliciter, & ideo vtrumque requirere. Talis etiam est dictio, aut ut clare probatur in d. l. si quis ita, in l. si quis ita legauerit, §. Vtrum, ff. De reb. dub. in l. Prator edixit, §. Quod autem ff. De iur. & in l. Vbi autem, ff. De ver. obl. & in hoc consentiunt omnes.

12 Sed aliud dicendum est in alternatiua impropria, & non simplici, sicuti est dictio, seu & dictio, siue, quae appellantur tubdistinguitur, & habent naturam mixtam, cum aliquando habeant naturam alternatiuam, aliquando coniunctiuam, ut inquit Bartol. in l. si quis ita legauerit, post med. vers. Quadam est dictio distinguenda, ff. De aur. & arg. leg. Abb. hic num. 4. & Bald. nu. 14. dicens dictionem, seu, esse indifferentem ad disiunctam, & coniunctam. Et in his dictionibus Bartol. loco citato distinguit sic. Aut versamur in dispositione fauorabili, ut in legatis, in quibus sit plenior interpretatio, quam in contractibus, in testamentis, ff. De regul. iur. Et dictiones huiusmodi sunt copulatiue. Et ita procedit illa lex. Si quis, ita, vbi si legauero uxori mundum, ornamenta, seu quae eius causa parari, omnia debentur: nam fauore legati secundum Bartol. disiunctiua, seu accipitur pro coniuncta. Aut versamur in dispositione non fauorabili, ut in contractibus. Argum. l. Veteribus, ff. de pati. &c. Contra eum, de regul. iur. lib. 6. Et dictiones, seu, & siue, sunt alternatiue, sicut dictio, aut, prout de dictione, siue est textus in l. si ita quis stipulatur, ff. De verb. oblig. de quo latius per eundem Bartol. in d. l. si quis ita legauerit, §. Vtrum, ff. De verb. obl. & hanc distinctionem sequuntur hic Imol. num. 6. vers. Aut loquimur in alternatiua hominis. Abb. nu. 4. & Felin. in penult. col. num. 16. in 3. fall. & idem voluit Bald. in d. l. si quis ita legauerit, & Roman. post alios in conf. 363. Petrus, num. 2. vbi apostilla in ver. Ampliationem citat plurimos, & est communis declaratio, ut inquit Dec. hic alios citans sub num. 27. Unde si testator legat pecuniam, quam habet Perulij, seu Paduae, vtraque pecunia venit in legato, ut idem Bald. firmat, in l. penult. in nota oppositio, vers. Et hoc facti, c. De verbor. signif. dicens esse nouum dictum, & mente tenendum, quem sequitur Brixienis in Repertorio in ver. seu.

17 Sed tu adverte; nam tex. in d. l. si quis ita legauerit, ff. De aur. & arg. leg. non fundat se in eo quod materia sit fauorabilis, sed in natura ampliatiua dictionis, seu, dum dicit: hoc enim verbum, seu ampliandi legati gratia positum est: & ita dictionem, seu, ex sui natura esse augmentatiuam, per illum textum firmat Abb. hic num. 4. Calder. conf. 543. in fine, aliis 4. de verb. signif. Roman. d. conf. 363. nu. 2. dicens de hoc esse casum in d. l. si quis ita, & allegat glossam in c. Ego Ludovicus, in ver. seu, 63. dist. & Io. Andr. in c. Licet, de offic. Vicar. & sequitur Cravetta conf. 105. num. 6. Quare si hoc est ex propria verbi significatione, perinde locum habere debet in materia odiosa, atque in fauorabili, quia etiam in odiosis fit lata interpretatio quatenus patitur verborum proprietates, l. cum lege, vbi aret. ff. De testam. & not. Calder. conf. 1. de consang. & affinit. Praeterea non videtur verum, materiam legatorum, de qua igitur agitur, esse fauorabilem. Imo enim regula est in contrarium, cum in legatis fieri debeat stricta interpretatio Ideoque in dubio videtur legatum quod minimum est, l. Nammiis, ff. De leg. 3. l. Apud Iulianum, aliis in c. Idem Iulianus, §. Scio, de leg. 1. Testator enim censetur voluisse minus grauare heredem, quam fieri possit, l. Vnum ex familia, §. 5. si

20 §. si rem de leg. 2. Nec obstat textus, quem Imola allegat in l. In testamentis, ff. de reg. iur. Nam illa regula non videtur procedere in legatis, quae licet in Testamento relicta sint; tamen stricte interpretari debent, ut praedixi; unde glo. quae ibi ponit exemplum in legatis, non bene dicit, & eam reprobatur Dec. ibidem num. 4. Sed & Bartol. in l. Cum avus, ff. De condit. & demonstr. videtur intelligere illam legem respectu institutionis, quia institutio est caput testamenti, §. Ance heredis, institutionis, de leg. 1. Et ideo latior interpretatio fit in testamentis, quam in legatis, ut not. glo. fin. in l. Si plures, ff. De condit. instit.

21 Tu conclude dictionem, seu regulariter esse disiunctiuam, seu alternatiuam, c. Littera, de despons. impub. c. Pastoralis, de cau. poss. & propr. Clem. Non potest, de procur. c. ult. in fin. 75. dist. & notat in Archid. in c. Ego Ludovicus, ad finem, 93. dist. Calder. conf. 248. circa med. vers. Idem probat dictio, seu, alia 22. de prob. Gemin. conf. 32. num. 11. vers. Cum dictio seu, disiunctiuam significet. Roman. conf. 179. num. 7. vers. Ex quibus quidem verbis, maxime ex dictione, seu, quae regulariter est alternatiua, vbi Horatius Mandos. in apostilla, in ver. Regulariter, plura cumulat; & idem Roman. conf. 65. ad fin. ubi dicit naturam dictionis, seu, esse disiunctiuam; & ideo non esse ad improprietatem, id est ad conjunctionem trahendam. Alex. conf. 79. num. 5. lib. 5. dicens dictionem, seu, esse disiunctiuam, sicut dictio, aut, & poni inter diversa. Cravett. conf. 667. num. 3. cum seq. ubi ait hanc proprietatem dictionem alternatiuam, quia de sui natura hoc importat. Unde si testator legat equum album, seu nigrum, alter tantum debetur, quia non videtur sensibile de pluribus, ut inquit Bald. hic num. 13. quem sequitur Dec. num. 28. vers. Et istud expresse.

Et idem dicendum de dictione, siue, ut in l. si quis ita stipulatur, ff. De verbor. oblig. & tradit Imol. in conf. 14. num. 2. ubi ait dictionem, siue, proprie importare disiunctiuam, seu alternatiuam. Unde Marian. Socin. hic dicebat nunquam sibi suaderi potuisse, ut si quis legaverit fundum talem, siue domum talem, utrumque debeatur, quia hoc videtur contra mentem testatoris.

Sed fallit primo haec regula, quando dictio, seu, jungitur cum relativo, quia eo casu auget, & ampliat dispositionem, l. Ea tamen dicitio, ff. De l. 1. Unde si testator legat uxori mundum, & ornamenta, seu quae eius causa parata sunt, debentur omnia. Et in hoc casu loquitur textus in d. l. si quis ita legaverit, ff. De aur. & arg. leg. Secundum intellectum, quem ponit Bartol. Socin. in l. si quis ita legauerit, §. Vtrum, ff. De reb. dub. Quamobrem si legatur pecunia, quae habetur Patavij, seu Perulij, ut in exemplo Baldi, de quo supra num. 16. debetur utraque; quia perinde est ac si legata fuisset pecunia, quae habetur seu 30 Patavij, seu Perulij.

Nec obstat ponderatio Decii hic nu. 28. quod scilicet textus in d. l. si quis ita, faciat vim simpliciter, in illa dictione, seu, quae est ampliatiua, non autem in relativo; imo enim non facit vim simpliciter, & absolute in sola natura dictionis, seu, sed in modo, quo fuit adiecta; non enim dicit per verbum, seu, legatum ampliari; sed dicit verbum illud ampliandi legati gratia positum

esse. Et sic ponderat potius modum positionis, seu adjectionis, seu naturam verbi. Unde congrue dici potest habuisse relationem relativam.

Et per hoc puto idem dicendum si testator uteretur participio, veluti si diceret: Lego libros meos impressos, seu manuscriptorum. Idem enim eita si dixisset, lego libros meos, qui sunt impressi, seu manuscripti; cum participium resolvetur in suum verbum cum relativo, ut not. glo. in Clem. 1. in ver. Si dignitatis, de prob. Bartol. in l. Centurio, ff. De iur. & iur. & in l. 1. ad fin. ff. De condition. & demonstr. Alex. conf. 7. num. 16. lib. 7. & ita libri omnes veniunt in legato, per supradicta.

Fallit secundo proposita regula quando dictio, seu, vel siue, ponitur inter illa, quae habent conformitatem, & convenientiam, ita ut non sint omnino diversa: tunc enim non stat alternatiue, seu disiunctiue sed ampliatiue, ut hic per Dec. num. 28. vers. Vnde postmodum cogitabam. Et ita secundum eum potest intelligi textus in d. l. si quis ita legaverit, ff. De aur. & arg. leg. Nam mundus & ornamenta mulieris, de quibus ille textus loquitur in primo exemplo, satis continent parata uxoris gratia, l. Argento, §. Ornamenta, & §. Mandus, ff. eod. Et ideo cum testator legavit mundum, & ornamenta, seu quae uxoris gratia parata sunt; illa dictio, seu, ponitur augmentatiue. Et idem patet in secundo exemplo, id est cum testator legavit vina, quae erant in urbe, seu portu. Nam de portu idem est iudicium, quod de urbe, l. Calar, ff. De publican. Dec. Vbi periculum, §. Perulij, de elect. lib. 6. Et quia vinum in portu delinatum erat ad civitatem; ideo reputabatur esse in civitate, ut not. Bald. in l. Ex factis proponebatur, ad fin. ff. De hered. inst. & Alber. in l. 1. §. 1. ff. De offit. Praef. urb. Non igitur mirum, si dictio, siue, ibi fiat ampliatiue. Ad idem textus in c. 1. Verum, de stat. regul. lib. 6. ibi (ab aliquo Principe, seu Domino temporali,) in l. fin. §. Summa numerus, ff. De muner. & honor. ibi; civitas seu publica; & in l. 1. ff. De his quib. ut indig. ibi; legato, seu fideicommissio. Hodie enim haec per omnia sunt exaequata, ut in l. 1. ff. De l. 1. Ad idem allego glossam notabilem in c. Bone memoria, in primo, in ver. Nominationem, quae est glo. fin. in f. de postul. Prelat. dum ponderat idcirco textum ibi dicere postulationem, seu nominationem, quia talis nominatio satis similis est postulationi, imo quasi idem est. Frad hanc speciem videtur posse referri quod ait Cremen. singular. 36. lego Digestam, videlicet, si legerit alicui Digestum vetus, seu Infortiatum; dictionem, seu, augere, & utrumque deberi. Sequitur Ludovic. Gomes, in §. Sed iste post. num. 38. in fin. de adition. & Horat. Mand. ad Rom. conf. 363. in ver. Ampliationem.

Fallit tertio, cum dictio, seu, ponitur inter synonyma, seu idem importantia, quia stat expositiue, seu declaratiue. Clem. Si Romanus, de prob. Clem. 2. de vit. & honest. cler. Clem. 1. de censu. Concil. Trident. cap. 10. sess. 7. ibi, dimissorias seu reverendas in c. 1. sess. 24. ibi, Examinu, seu inquisitionis, & passim alibi, Gemin. conf. 115. super dubio, n. 7. Bald. conf. 218. Statuto, num. 3. vers. Si autem ponitur, lib. 2. & conf. 203. Punius quidam, num. 2. lib. 5. Paul.

de Caltr. *conf. 379 Primū videndum*, col. 2. *vers. Tetrid duo*, lib. 1. Socin. Jun. in l. Centurio, num. 174. *vers. Ad secundum*, ff. De vulg. & pupil. Quod maxime procedit, ne in dispositione superfluitas inducatur, ut per Paul. de Caltr. loc. citato. Et idem dicendum de dictione, *sive*, quæ cum ponitur inter synonyma, exponitur pro, id est, ut cum dicitur Alexander, *sive* Paris, l. Ad prolegendam, & ibi glo. 1. C. De in litem dand. tur. & notat Bart. in d. l. Si quis ita legaverit, post med. *vers. Quadam est dicitio disjunctiva*. Licet Dec. hic num. 31. in prædicto exemplo dixerit dictionem, *sive*, augere, quod non est verum, quia Alexander non est alius à Paride, ac proinde dicitio, *sive*, non auget, sed exponit.

31 Fallit quarto, cum dicitio, seu, ponitur inter genus, & speciem, quia resolvitur in conjunctam, ut l. Sapē ibi, dicitio, seu donari, ff. De verb. significatiōe, & firmat Bartol. in l. Quintus, la prima per illum textum num. 3. ff. De aut. & arg. leg. & sequuntur Doctores hic. Similiter & dicitio, *sive*, cum ponitur inter genus, & speciem stat expōsitivē pro id est, ut per eundem Bartol. in *conf. 41 Statuto civitatis*, num. 3. *vers. Et quod ponatur*, lib. 2. ubi Apostilla in ver. *Præcedit genus*, dat concordantes.

32 Fallit quinto, si alius sequeretur absurdum: nam ad illud vitandum, dictiones, seu & sive, quamvis verba disjungant sensum tamen conjungunt, ut tradit Paul. de Caltr. *conf. 318. Viso & examinato*, num. 4. lib. 1.

33 Fallit sexto, ubi apparet de mente disponentis, quia tunc dictiones, seu, & sive, possunt importare conjunctionem, item disjunctionem, sive disgregationem. & quandoque expositionem, prout alia conjunctiones, ut firmat Bald. *conf. 229. Primum dubium*, num. 2. *vers. Secundum primum*, lib. 1. Imol. *conf. 44. num. 3.* ubi dicit dictionem, *sive*, proprie importare disjunctivam, seu alternativam; sed importare conjunctionem, ubi constat de mente preferentis. Unde ut notabiliter inquit Bald. *hic num. 2.* tene pro firma regula, quod semper ad intentionem disponentis est recurrendum, ut tolemmiter notat Bernard. in c. Ex parte, in glo. 1. supra eod.

34 Ex his patet Doctores circa dictiones, seu & sive, esse admodum varios, alii enim dicunt illas ex sui natura esse augmentativas; alii censent esse ex propria significatione alternativas, seu disjunctivas; alii verò asserunt eas habere naturam mixtam, & esse indifferentes ad conjunctionem, & disjunctionem; fateor tamen eas habere symbolum, & convenientiam quandam cum conjuncta; unde in eam facilius transeunt, quam dictiones, aut, & vel, quæ strictè sunt alternativæ. Et propterea quamvis superius firmatum sit legatum pecunie, quæ habetur Perusii, seu Paduæ utrumque comprehendere; secus tamen est si legatur pecunia, quæ habetur Perusii, vel Paduæ, quia altera tantum debetur, nec alternativa; aut, transit in conjunctionem, cum hoc non reperiatur jure cautum, prout hic firmat Imol. & Felin. quidquid contra senserit Card. item Cyn. & Alber. de Rosate in l. Cum quidam, C. De verborum signifi. Nam Cyni opinionem dixit esse falsissimam Bartol. in l. Si quis ducenta, §. Primum, ff. De reb. dub. & sequitur Iaf. in d. l. Cum quidam. Et ita secundum eum textus in d. l. Si quis

ita legaverit, procedit tantum in dictione, seu & sive, quæ licet regulariter sint alternativa; facile tamen transeunt in conjunctionem. Unde quatenus habeant mixturam disjunctæ, & conjunctæ; proximius tamen accedunt ad naturam disjunctæ, seu alternativæ, & in ea magis incallescunt, ut de Hermaphrodito dicitur in l. Queritur, ff. De stat. homin. & in c. Si testes, §. Hermaphroditus, 4. q. 3. licet quandoque augeant, quandoque exponant, prout suadet mens disponentis, & subjecta materia, ut declarat Agid. Bellam. *conf. 35. num. 7. & 8.* & Felin. *hic num. 3.* qui ad hoc quamplurimos cumulat, licet satis confusè.

35 Secundo nota rescriptum, in quo duo alternativè narratur, non esse subreptivum, ex eo, quod alterum sit falsum, & sic falsitas, vel subreptio in uno ex disjunctivè narratis non vitiat rescriptum, & utile pro inutile non vitiat secundum Agid. Cremonen. quem hic sequuntur Jo. Andr. num. 7. Baldus, num. 1. *vers. Nota quod alternativa*. Butr. num. 2. & 3.

36 Tertio nota non valere illationem, Quis est filius sacerdotis: ergo est in sacerdotis genitus.

37 Sicut contigit in Jo. Andrea, cujus pater erat magister grammaticæ, cumque genuit antequam esset in Presbyterium ordinatus, ut idem de se ipso refert in additione ad Sptul. in Rubr. de fil. Presbyter. ut se defenderet adversus eos, qui ipsum spurium adstruebant. Ad hoc bonus textus in c. Ad extirpandas, & quod ibi dixi num. 4. infra de fil. Presbyter. & in l. 2. §. In filiis, ff. De Decurion.

38 ubi natus ante Decurionatum esse filium Decurionis. Unde inferitur ut ad repellendum aliquem à beneficio non sufficit probare promovendum esse filium sacerdotis, nisi etiam probetur post sacerdotium genitus, ut hic per Butr. num. 4. & Abb. in l. 2. notab. Et intellige sacerdotium pro ordine sacro, cum hodie Subdiaconatus annexum habeat votum solemne continentia, c. 1. infra, quælibet. vel votum. Et c. unde

39 voto lib. 6. Fallit si ageretur de beneficio paterno; quia tunc satis esset probare eum filium sacerdotis, licet non procreatus in sacerdotio, cum filius etiam legitimus prohibeatur immediate succedere in beneficio patris, ut est casus in c. Ad extirpandas, de fil. Presbyt. & hic declarant Abb. num. 1. Felin. num. 2. *vers. Et ad istum textum*, & Dec. num. 6. Item fallit si esset filius genitus ex sacerdotio in Ecclesia Orientali, quæ votum continentia non admittit, c. Nicæna, 31. dist. & c. Cum olim, de cler. conug. Felin. cod. num. 2. in fine.

41 Quarto nota esse in optione illius, qui ad duo alternativè tenetur, alterutrum præstare ut liberationem consequatur, l. penult. C. De conditionibus, & c. Referente, infra, de prob. cum aliis hic allegatis in glo. in ver. Istorum, quam communiter DD. recipiunt. Et sic in alternativis electione regulariter est debitoris, reg. in alternativis, de reg. iur. lib. 6. l. Peramque, §. finalis, ff. De iur. dot. & §. Illic autem qui loco, in ff. de ad. cum similibus.

43 Fallit hæc regula multipliciter, ut hic per DD. præsertim Felin. num. 4. Sed præcipue recipit duas notabiles limitationes. Prima est ut non procedat in legatis alternativis, ita glo. in l. Lucio, in ver. Vendicare, ff. De legat. 2. qua notabiliter dicitur

et in legatis electionem esse hæredis, si ad eum verba diriganter, puta; Hæres datus; sed si diriganter ad legatarium, ipsius esse electionem, ut l. dicitur, Tu legatarie percipito. Verum si testator utatur verbo, lego, quod est indifferens, vel simili, in dubio electionem esse legatarii, & non hæredis, Quam Glossam reputat singularem, & meliorem de corpore juris, Imol. *hic num. 5.* & Felinus, d. num. 4. *vers. Facit Glossa*, & Alex. in l. Quatuor, ff. De leg. 1. Idem tenet Dyn. in d. reg. in alternativis, & Bald. in d. l. Lucio.

44 Secunda limitatio est ut non procedat in penis alternativè appositis, quia non datur optio reo, & sic debitori, sed judici, Gloss. in in c. Acrapula, infra, de vit. & honest. cleric. quam sequuntur Joan. Andr. & communiter Doctores, ut ibi testatur Abb. num. 4. & sequitur Felin. hic plurimos cumulans, num. 5. *vers. Fallit quævis*, ubi amplius hæc fallentia restringit decem modis, quos per te videas.

Ultimo nota, alternativam regulariter esse electionis, non ordinis. De quo tamen hic latius ut in questione seq. Et de his duabus speciebus alternativæ, vide Glossam unicam in regula Sexta, in alternativis.

45 QUÆRO cum decreto Concilii Tridentini, c. 18. *vers. Simi verò*, sess. 24. statutum sit ut Examinatores Synodales pro parochialibus confendis sint Magistri, seu Doctores, aut Licentia, ti in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii clerici, seu regulares etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei: nunquid inter diversa personarum genera ibi alternativè expressa optio sit Episcopo tributa, vel potius ordo præscriptus, ad eum clericis gradu Magisterii, Doctoratus, aut Licentiauræ carentes eligere non debeat, ubi aliorum his qualitatibus præditorum copia suppetat.

46 Videatur respondendum alternativam, vel, quæ habetur in d. *vers. Simi verò*, præscribere ordinem, non electionem, & Episcopum ad secundam partem alternativæ pervenire non debere quamdiu prima possit esse locus.

47 Primum quidem, quia est alternativa regulariter electionem tribuat, & alteram ejus partem adimplere sufficit, ut hic, & in c. Cum plures, ubi Gloss. in ver. Forma, de off. deleg. lib. 6. cum concordantibus, de quibus supra in x. notabili tamen quando est posita inter personas habentes diversas qualitates, & in primo nominatis subest major ratio, quam in posterioribus in secundam partem alternativæ comprehensibus; tunc alternativa ordinem inducit, non electionem; & ad secundam partem alternativæ perveniri non debet, nisi in subsidium, & in defectum primæ. Ita probat textus in c. Metropolitanano, juncta Glossa in ver. Ex presbyteris, 63. dist. ubi cum textus jubeat ut Metropolitanus desuncto, in ejus locum subrogetur alius ex Presbyteris, vel Diaconis; glossa notat illis verbis esse designatum ordinem, ut ex Diaconis Metropolitanus non eligatur, nisi desint Presbyteri. Idem probat textus in l. Hæres mei, §. finalis, ff. Ad Trebell. ubi fideicommissum relictum alternativè ceteris, vel ceteris cognatis non debetur ceteris cognatis donec extent nepotes, qui prædicti præsumuntur, & in l. Cum Pater, §. penult. ff. De leg. 2. ubi disjuncta

posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resolvitur in conjunctionem, ut ibi per Bartol. Unde si testator mandet aliquid dari liberis, aut iis deficientibus, consanguineis, aut affinibus; sequimur ordinem, ut ait glo. in d. c. In alternativis, *vers. Sunt tamen quædam alternativæ*, in quibus debet ordo servari. Id ipsum colligitur ex l. Si fundum sub conditione, §. His verbis, de leg. 1. & c. Mandato, de proben. lib. 6. & notat glo. c. Licet in verb. Vei in Parochiali, de sepultura, in 6. quam ibi Joannes de Lignano relatus à Franc. testatur esse communiter approbatam. Felinus, in c. Cum dilectus num. 4. *vers. Et dicit Glossa*, infra eodem. At in casu nostro major ratio subest in Magisteris, Doctoribus & Licentiauris pro illorum idoneitate, quam in simplicibus clericis. Ergo ordo scripturæ spectandum est, ita ut hi eligi non debeant, nisi ubi illi deficient.

Secundo, idem suadet, quia alias prima pars alternativæ esset otiosa, nisi designaret ordinem; & satis fuisset tribuere Episcopo facultatem eligendi clericos seculares, vel regulares idoneos. Ad quod absurdum vitandum fieri necesse est secundam partem alternativæ esse subsidiariam: namne syllaba quidem in legibus debet esse superflua, secundum Bald. in rubr. C. De anteban. empt. quasi, §. quin potius debent verba intelligi improprie, & contra eorum naturam, quam ut nihil operentur, c. Si virum, de sent. extor. lib. 6. Abb. in c. Sin. num. 8. de prob. & in *conf. 32. col. 1. post med. lib. 2.*

49 Tertio, id confirmari potest, quia alias Sac. Congregatio Concilii idem videtur censisse circa intellectum, tex. c. 18. sess. 24. ubi jubemur eligi Vicarius Capituli sede vacante, qui sit saltem in Jure Canonico Doctor, vel Licentiauris, vel alias quantum fieri poterit idoneus, Declaravit enim nisi desint Doctores & Licentiauris non posse eligi alium his qualitatibus carentem.

Non obstat, quod illa verba posita in fine secundæ partis alternativæ videantur tribuere facultatem præferendi non Doctores, & non Licentiauris, si sint magis idonei, Doctoribus, & Licentiauris: quia respondetur, vel illa verba posita in fine ex regula vulgata referri ad totam clausulam, ita ut elegi debeant magis idonei ex singulis gradibus ibi expressis; vel si referenda sit ad secundam partem alternativæ tantum, hoc importare, ut cum in defectum habentium qualitates expressas in prima parte alternativæ pervenitur ad personas expressas; in secunda ex eis eligantur, qui ad id magis idonei videbuntur. Et sic illa verba non adversantur supra positæ opinioni.

Item non obstat, quod cum in secunda parte habeatur mentio Regularium, quorum plures Religiones non habent institutum hunc gradus conferendi, sequeretur, secundum hanc opinionem, ut Episcopus deberet præferre Graduatos plerumque non admodum literatos Regularibus longe doctioribus, qui ad gradus hujusmodi ex Religiosis instituto non promoventur. Quia respondetur hoc absurdum vitari, si ita intelligamus Concilium ut ex illis Religiosis, quæ his gradibus carent, possint alium non habentes eas qualitates, etiam si alii graduatii non desint; nam in illis forte non videtur necessarium hos

gradus requirere, cum eos assequi ex instituto Religionis prohibeantur.

Deinde respondetur Concilium absolute voluisse ut primo loco deputarentur Magistri, seu Graduati, quia cum hi studiorum cursus peragere, & in publicis functionibus literaturae periculum facere consueverint, eos juris praesumptione sufficienter idoneos iudicavit, a qua quidem juris praesumptione quemadmodum noluit posse recedi ex eo, quod alii aptiores, & doctiores reperirentur ex clero seculari, cum alternativa, ut dictum est, sit ordinis, non electionis: ita nec defendendum est voluisse ut possent recedi ex eo, quod aptiores reperirentur ex clero Regulari, utroque eum sub una, & eadem oratione, ac determinatione Concilium complectitur. Unde succedit regula. *Iam huiusmodi, s. s. in ff. De pul. & papill. & l. final. C. De sent. de qua per Dec. in c. Nova, num. 56. de iudic. Nec videtur inconveniens ut Episcopus carere debeat in hac functione ministerio Regularium, qui ex instituto hos gradus suscipere non solent. Quandoquidem Patres Concilii non latebat multas Religiones extare ejusmodi instituti. Unde si voluissent eos comprehendere, expressissent: Argum. l. v. nica, s. s. in autem ad deficientis, C. De caduc. tollen. &c. Ad audientiam, vers. Nam si intelligeremus, de decim. ejusmodi enim expressio parum de membrana occurreret, ut inquit Oldr. conf. 206. num. 10. Et quemadmodum absurdum non est ut Regularis ex quantumvis idonei non possint esse iudices Synodales, si careant qualitatibus requisitis in c. Statutum, de rescript. in 6. ut in Clem. 2. eod. tit. nec iudices conservatores, si non habeant requisita c. s. de offic. deleg. eod. tit. & Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus: ita nec videtur absurdum ut non possint esse Examinatores Synodales, nisi deficientibus Magistris, aut Graduatis: nam ubi lex certas qualitates actu requirit, debent illas qualitates actu concurrere, nec sufficit aptitudo. A bb. in c. Cum in concilio, s. Inferiora, num. 10. de elect. Gloss. & DD. in d. c. Statutum, & Roman. conf. 216. Electio, num. 7. s. & seq. Quinimo in Religionibus Monasticis gradus Magisterii, Doctoratus, & alii similes non sunt in usu. Et tamen Monachos, Graduatis non deficientibus, Concilium aperte excludit in d. c. 18. sess. 24. ut indicant verba illa, etiam ex ordine Mendicantium, quae posita sunt ad differentiam non Mendicantium. Ergo si Concilium existentibus Graduatis, in Examinatores Synodales noluit deputare, posse Monachos, licet ex eorum instituto hos gradus suscipere non soleant; eodem modo dicendum est noluisse ut deputari possent Regulares, etiam ex illis Ordinibus Mendicantium, qui similes habent institutum, Praesertim vero quia in Mendicantibus major suberat ratio dubitandi quin deputari possent, ut in eadem verb. etiam ex ordine Mendicantium; ponderando particulam, Etiam, quae implicat casum magis dubitabilem, c. Tanta, de simon. Gemini. conf. 35. num. 8. vers. Sed dictio.*

- 11. Et quemadmodum absurdum non est ut Regularis ex quantumvis idonei non possint esse iudices Synodales, si careant qualitatibus requisitis in c. Statutum, de rescript. in 6. ut in Clem. 2. eod. tit. nec iudices conservatores, si non habeant requisita c. s. de offic. deleg. eod. tit. & Constitutionis Gregorii XV. de Conservatoribus: ita nec videtur absurdum ut non possint esse Examinatores Synodales, nisi deficientibus Magistris, aut Graduatis: nam ubi lex certas qualitates actu requirit, debent illas qualitates actu concurrere, nec sufficit aptitudo. A bb. in c. Cum in concilio, s. Inferiora, num. 10. de elect. Gloss. & DD. in d. c. Statutum, & Roman. conf. 216. Electio, num. 7. s. & seq. Quinimo in Religionibus Monasticis gradus Magisterii, Doctoratus, & alii similes non sunt in usu. Et tamen Monachos, Graduatis non deficientibus, Concilium aperte excludit in d. c. 18. sess. 24. ut indicant verba illa, etiam ex ordine Mendicantium, quae posita sunt ad differentiam non Mendicantium. Ergo si Concilium existentibus Graduatis, in Examinatores Synodales noluit deputare, posse Monachos, licet ex eorum instituto hos gradus suscipere non soleant; eodem modo dicendum est noluisse ut deputari possent Regulares, etiam ex illis Ordinibus Mendicantium, qui similes habent institutum, Praesertim vero quia in Mendicantibus major suberat ratio dubitandi quin deputari possent, ut in eadem verb. etiam ex ordine Mendicantium; ponderando particulam, Etiam, quae implicat casum magis dubitabilem, c. Tanta, de simon. Gemini. conf. 35. num. 8. vers. Sed dictio.
- 54. Ceterum adverte, quia etsi Episcopus eligere debeat Examinatores praedictis qualitatibus insignitos, si eorum copia suppetat; non tamen sequitur ut si alios clericos idoneos eligat, concursus propterea sit nullus: nam Sacra Congre-

gatio Concilii alias consultata in casu Montis Regalis, an concursus habendus coram Examinatoribus Synodalibus non Doctoribus, vel Magistris, aut saltem Licentiatibus in Theologia, vel Jure Canonico sit nullus, cum praeterim alii extant his qualitatibus praediti: Die 2. Augusti 1607. respondit debuisse quidem eligi Examinatores, qui sint Magistri, sive Doctores, aut Licentiatum in Theologia, aut Jure Canonico. Ceterum etiam si his qualitatibus careant, concursus non esse propterea nullum.

55. Illud praeterea omnittendum non est, si alicubi non reperiantur Doctores, nisi prorsus imperiti; eo casu licet Episcopo, praetermissis Doctoribus, alios clericos magis idoneos deputare sive saeculares, sive regulares, ut alias in electione Vicarii Capitularis respondit Sac. Congregatio; approbavit enim electionem factam de Vicario non Doctore, nec Licentiatum alias idoneo, cum ibi non extaret nisi unus Doctor, isque omnino imperitus: Doctor enim ignarus perinde ac nullus. Felin. post alios in c. Clerici, num. 1. vers. Vtrum autem Doctor titulo tantum, inf. de ind.

DE RESCRIPTIS.

Cap. Eamte.

S V M M A R I V M.

- 1. Sede vacante si Papa tribuat Capitulo ut vicegerent, ut praebendam conferat, Episcopus ibi creatus mandatum adimplere tenetur.
- 2. Capitulo si diriguntur monitoria, vel praeceptorum super receptione alicuius, & ad Episcopum spectat receptio, Episcopus, qui tempore data erat de Capitulo, exequitur.
- 3. Promotus non dicitur qui ante consecrationem, licet sit electus, & confirmatus vel provisor, & num. 5. 9. & 15. Contrarium, num. 23. & seq. Declaratur, num. 30. & 38.
- 4. Episcopi promoti in Curia an ex Bulla Urbani VIII. teneantur se conferre ad residentiam infra mensem computandum a die provisionis, an vero a die consecrationis, & num. seqq. usque in finem.
- 6. Episcopus non dicitur ante consecrationem, sed electus, & num. 28. Declaratur duobus modis, ut n. 30. & 38.
- 7. Electio & consecratio unum faciunt Episcopum.
- 8. Pontifex non dicitur ante consecrationem.
- 9. Provisus a Papa ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed electus. Declaratur n. 30. & 38.
- 10. Archiepiscopus appellari non potest ante susceptionem Pallii.
- 11. Papa ante consecrationem, & coronationem ex stylo non servit nomen suum, nec Pontificatus in data, sed utitur dimidia Bulla, & appellatur se electum, & num. 33.
- 12. Afferentes tamen eum non debere se Episcopum, sed electum inscribere, sunt eo ipso excommunicati.
- 14. Imperator non dicitur ante coronationem.
- 15. Provisio, seu pronuntiatio Papa in Consistorio habet vim electionis, & confirmationis.

- 16. Episcopi, vel Pontifici appellatione in materia punali non venit electus confirmatus ante consecrationem. Contrarium, n. 25.
- 17. Civitas interficiens electum non incidit in penam interficientis Episcopi.
- 18. Promotus in Curia ad Episcopatum tenentur visitare Cardinales praesentes.
- 19. Lex debet esse rationabilis, & possibilis, alias non est obligatoria.
- 20. Episcopi aequa ex causa possunt singulis annis duos, vel tres menses ab Ecclesia abesse, & num. 36.
- 21. Et hoc facultas non fuit eis adempta per Constitutionem Urbani VIII. super residentia.
- 22. Et illa uti possunt a principibus promotionis, etiam antequam se conferant ad residentiam. Contrarium, n. 37.
- 24. Provisi a Papa etiam ante consecrationem appellantur, promoti, & n. 27.
- 25. Provisi nondum consecrati accedentes ad Ecclesias, & ad ministrantes ante locum ad Bullas incurrunt in penas Extravag. Iulianae, & electi.
- 26. Constitutio in favorem animae recipit latam interpretationem, licet sit extorrens, & punialis.
- 29. Praesenti Cathedralibus Ecclesiis dicuntur etiam non consecrati.
- 30. Episcopi appellatione venit etiam electus, quando in eo militat eadem ratio, qua in consecrato.
- 31. Episcopus electus, & confirmatus tenetur personaliter residere, sicut consecratus, & num. seqq. & num. 40.
- 32. Et inter eum, & diligentes contrahitur spirituale coniugium.
- 33. Episcopus electus, & confirmatus ante consecrationem non potest exercere ea, quae sunt ordinis Episcopalis, sed ea solum, quae sunt iurisdictionis.
- 34. Formula, qua utitur Papa in promovendo Episcopum in Consistorio.
- 35. Parochus tenetur personaliter residere etiam si nondum sit promotus ad sacerdotium.
- 37. Abscedere non dicitur, qui prius non residet.
- 38. Episcopi appellatione venit tantum consecratus in conventibus excoctitiam, & decorem ordinis Episcopalis.
- 39. Sed in conventibus iurisdictionem venit etiam electus confirmatus, vel provisor per Papam.
- 41. Electus confirmatus potest dare licentiam clerico se absentandi a Parochiali studiorum causa.

EAM TE. Intellectus huius capituli est admodum involutus, maxime propter scripta intricata Innocentii; & legitur quinque modis, ut hic per Cardinalem in 3. 4. & 10. oppositio: communiter tamen sic sumatur. Si vacante Sede Papa scribat Capitulo, ut praebendam conferat, Episcopus ibi creatus mandatum adimplere tenetur. Hoc dicit Joann. Andr. Bald. Bellam. Burr. Anchar. Imol. Abb. & Io. de Anan. Sed juxta quartam lectionem Innocentii, quam dicunt communiter approbatam Cardin. & Abb. in princ. & Ripa n. 44. circa fin. vers. Quartus sibi videtur. Hoc intendit. Si vacante Sede scribitur Capitulo tanquam generati vices Episcopi, ut praebendam alicui conferat, creatur Episcopus nondum ex-

cuto mandato, & ad eum spectat collatio praebendarum, illud adimplere tenetur. Adverte tamen quia in dubio mandatum factum Capitulo Sede vacante censetur tantum Capitulo uti vices gerenti: unde procedit lectura Jo. Andr. ut bene hic per Henric. Boic. num. 7. & Ripam, in princ. num. 49. Vel melius juxta quintam lectionem, de qua per Cardinalem in princ. & in 10. oppos. si Capitulo diriguntur Monitoria, vel Praeceptorum super receptione alicuius, & ad Episcopum spectat receptio, Episcopus, qui tempore data erat de Capitulo, exequitur, & secundum hanc lectionem, quae magis consonat rationi ponderata in littera ibi, (quod nullatenus fecisse deberes, si datam litterarum diligentius attendisses): textus videtur procedere de plano. Continet autem quinquae, ut dicebat Host. mandatum, executionem, cavillationem, reprehensionem, & antipophoram.

Nota primo, ibi: Ante suam promotionem junctio sine ibi, Nec adhuc esset consecratus. Episcopum electum, & confirmatum ante consecrationem non dici promotum ad Episcopatum; & ita ex hac littera deducit Franc. Vercellensis, cum quo transeunt communiter DD. ut latius dicam infra n. 5.

Et ex hoc infero ad quaestionem, quae nuper contigit in facto, Urbanus VIII. san. mem. in Bulla super residentia Episcoporum edita die 14. Decembris 1634. quae incipit sancta synodus: statuit, ut jam Praesenti Cathedralibus, vel majoribus Ecclesiis etiam S. R. E. Cardinales se itinerari copiant, & ad residentiam conferant infra unum mensem, si in Urbe existant; infra duos, si extra Urbem in Italia; si extra Italiam infra quatuor computandos a die publicationis Bullae: nondum autem Praesenti infra praedictos terminos computandos a die eorum promotionis sub pena amissionis facultatis restandi, & aliis penis in constitutione expressis. Quaesitum est, an verba illa, a die promotionis, intelligi debeant a die consecrationis, an vero a die provisionis, & provisionis in Consistorio, ita ut provisor in curia, & non consecratus si infra mensem non contulerit se ad residentiam, incidat in penas constitutionis.

Et quidem verba illa, a die promotionis, esse exponenda, id est a die consecrationis, videtur suaderi posse, quia non dicitur quis promotus ante consecrationem, licet si electus, & confirmatus, ut probatur in hoc Cap. Coniungendo, principium, ibi: Ante suam promotionem, cum sine ibi, Nec adhuc esset consecratus: & originaliter ex hac littera deducit Franc. Vercell. quem postea sequuti sunt Joannes Andr. num. 34. Bellam. in princ. in vers. Promotionem Burtrius. Cardin. Anchar. Imol. Abb. & Felin. omnino, notab. Joannes de Selva in tr. De Benef. part. 1. quest. 2. num. 48. ubi ex hoc inferit, ut si privilegio fiat immerito de promotis, non veniant electi non consecrati, per text. hic Similiter ante consecrationem non dicitur Episcopus, sed electus, c. Tam litteris, & ibi Abb. in 1. notab. de Debitis quae sunt a Praesenti sine conf. Capit. Ubi etiam Abb. in 1. notab. Gloss. r. & DD. in c. 1. de Reliq. domibus, cum similibus, ut hic per Felin. col. 2. in fin. vers. Cum istis concordant, & bene pro-